

GEERICVS REX GERMANIAE.



Ebericus filius fuit Hilderici regis Germaniae. Hunc eius regionis proceres post patris obitum sibi regem elegerunt. Erat enim singulari prudentia, & magna corporis & animi fortitudine praeditus. Itaque Constantinus Imperator, qui per Germanos Rhenum contingentes Imperium nactus fuerat, atque cum ijs pacem firmarat, etiam hunc Gebericum ad Danubium gubernantem, magnis muneribus placauit, atq; plurimis donis in foedus pertraxit. Hinc factum ut Germanis notissimus, postea frequenter eorum opera in bellis usus fuerit. Praefecit tum Constantinus Danubiano limiti Fl. Iulium Crispum suum filium, quem etiam Cæsarem constituit. Huic mandauit ut cum Geberico pacem constitutam conseruaret, atq; eius hostes reprimeret. Itaque Gebericus eam felicitatem nactus, suam ditionem legibus excoluit, atque magna gloria du administravit & ampliavit.

Avent. lib. 2.